

fluctuatione, quia aut molitur mala, quae inferat, aut metuit, ne fibi illa ab aliis inferantur. Tunc enim passibus, tot gradibus decidit a perseverantia bono, quot malis machinationibus polluitur, & feedatur.

*Quibus indicis possit rationabiliter presumi de hominis perseverantia, quae quanto magis in uno-  
quaque concurrit, tanto fortior  
ipsum exhibent ad per-  
severandum.*

C A P. I I I I .



Venadmodum ex aëris temperie comprehenditur qualis futura sit mësis; ita ex iis, qui sequuntur, effectibus potest cōprehendi, qualis futura sit hominis perseverantia, quibus quicunque caruerit, ad cōsummationem cursus peruenire non poterit. Sunt enim vera indicia soliditatis mentis, qua soliditate quisquis ornatus fuerit, a perseverantiae virtute deficere nequam valebit. Horum enim certum indicium esse arbitror intellectus stabilitatem, de qua per Paulum dicitur. Non sumus parvuli fluctuantes omni vento doctrina. Vnde quicunque hanc soliditatem apprehendere festinat, non aliunde quam à fonte, à veritate, ab altitudine diuinorum eloquiorum ipsam speret percipere. Est enim sacra scriptura nobis à Domino exhibita, vt in ipsa intellectus nostri curiositas solidetur, & velut in quadam speculo interna nostra facies videatur. Ibi quid verum, quid falsum sit, conspicitur. Ibi foeda, ibi pulchra cognoscuntur. Ibi quantum intellectus proficiat, quantum capiat, sine offuscatione aperitur. Quid plura. Nihil in hac vita magis solidat intellectum, solidatumque ostendit quam studium sacra scriptura. Nihil in hac peregrinatione dulcius sentitur, nil dulcius sumitur, nil verius capit, nil ita ab amore mundi menteat separari, nihil sic animum contra tentationes, & intellectum contra errores roboret, nihil ita hominem excitat, & adiuuat ad omne opus, & omnem laborem, sicut verborum Dei assida meditatio. Ignitum (ait Propheta) eloquium tuum vehementer, in quo rationalis intellectus tanquam in spirituali igne apollitus solidatur, atque perficitur. Est & aliud indicium veritate plenum (videlicet) equanimitas in vita que fortuna. Animus enim invenit vera, peritus fugientorum ac appetendorum, non ex opinione sed ex natura precia rebus imponens, in aperiti blandisq; patiter invenit, neutrī se fortuna submittens, super omnia quae contingunt imperturbatus, inter pidi, quem nulla vis fatiget, quem nec attollant fortuita, nec depriment, perseverantia ac stabilitas sue certum reddit testimonium. Stat namque réctus sub quolibet pondere, nulla illum res minorem facit, nil illi eorum quae ferenda sunt displicer, quicquid cadere in hominem potest, in se accidisse non queritur, vires suas nouit, vincit virtute fortunam. Loci quoq; stabilitas hominem reddit decorum, & perseverantia filium manifestat.

Nam impossibile est in uno hominem figere animum suum, qui non allicui loco prius affixus est perseveranter corpus suum. Qui enim agritudinem animi sui migrando de loco ad locum effugere nititur, sic est sicut qui fugit vmbra corporis sui, seipsum enim fugiens, seipsum circumferit, locum mutat non animum. Eudem se ubiq; inuenit, nisi quod deteriorem facit ipsa mobilitas. Quid terrarū iuare nouitas potest, quid

mutabilitas locorum. Irrita quidem est illa iactatio,onus animi deponendum est, & tunc omnis placbit locus. Frequens enim migratio instabilis est animi. Ut autem o homo o animum possum continere, primum corporis fugam sit, deinde plurimum remedia continua prohcient, sine deducere oculos tuos, sine aures aspiciere sanioribus verbis. Quotiescumq; enim processeritis, aliqua qua renouent cupiditatem, occurrit. Dina Iacob filia egrela videte mulieres regio-

Geo. 34

nis Sichemorum corrupta fuit, sic & anima dilecti-  
rens per corporis sensus amittit interiorum integritate, & instabilis efficitur, quia interna despicit, praeterita non respicit, praesentia non conspicit, futura non prospicit. Firmata setiam contra ventrum tentationum probabilem exhibit hominem virtute perseverantia. Hanc enim constantia & perseverantia prærogatiuum dedit dominus Ioanni Baptista, qui de ipso ad turbas loqueretur dicens. Quid existis in Mart. II. desertum videte, arundinem vero agitatum, quasi diceret, non fuit Ioannes mobilis sicut arundo, vt leuitate mentis & fideli de Domino ambigeret, quem ante prædicauerat. Non fuit arundo Ioannes sed columna immobilis. Non mouebatur vēto tentationū, nec prosperis erigit, nec aduersis inclinari noverat. Non quiebat timore, nec flebatur adulacione, nec eum blandum gratia, nec ira cuiuslibet asperum facebat. Sic inimicos ut amicos diligebat, sic potentes ut impotentes arguebat. Discamus & nos arundines vento agitate non esse, solidemus animum inter auras tentationis positum, stet in flexilis statu mētis nostrā, nullus nos detracitio ad iram prouocet, atq; ad remissionē inutilis gratia, nullus nos favor inclinet. Non nos prospera eleuent, non aduersa perturbent, vt qui in soliditate fidei, & amore virtutis figurū, nequam tentatoribus, aut rerum transiuntium mobilitate moueamur. Perseverantia atq; stabilitas in operatione patet ostendit operantem in electorum numero computandum, ac virtute perseverantiae esse redimitum. In causa enim bonum agitur, si ante vitā terminū relinquatur, quia frustra velociter currit, qui priusq; ad metas veniat, deficit. Non potest recipere agricola frumenti grana, nisi in agro labore mēsis, in area ardore solis pro separatione paleafum à grano perseverante pertulerit, sic neque nos ad mercedis tributioνē pertingimus, nisi in perseverantia operis fortiter persistemus. Quoniam enim desideria bona concipiuntur, semen in terram mittimus, quia vero opera recta incipiuntur, herba sumus, quoniam autē ad perfectum boni operis crescimus, ad spicam peruenimus. Sed quoniam in eiusdem boni operis perfectione solidamus, atq; vesp ad mortem perseveramus, iam plenum frumentum proferimus, non igni comburendum vt zizania, sed per manus sanctorum angelorum in hortis cœlorum deducimus, vbi tanto anima erit felicitas, quanto quoniam hic esset in corpore, in ardore caritatis, in perfectione virtutum, in perseverantia laborum fuit promptior, atque in extinctione propriæ voluntatis extitit feruentior, quia non est vir strenuus, qui laborem fugit, nec diuini honoribus cumuladus est homo, nisi crescat in dilectione perseverantiae animus illius rerum difficultate. Beatus vir, qui non deficit corarium euenter, sed qui proficit de virtute in virtutem, quoniam huius mäsiō cum angelis in cœlestib⁹ collocabitur

Hic